

HORAM RVENTEM  
VIRI  
MAGNIFICI AC GENEROSI  
GERHARDI  
THOMAS,<sup>20.</sup>

*Inclutæ Reip. Thor. Pro-Consulis Senioris Gravissimi, nec non postremum Burggrabii Regii Dignissimi, Ecclesiarumq; Inspectoris longe Meritissimi,*

A. d<sup>o</sup> 15 CC XXV. tertio Calendarum Maji, hora 12. merid.  
Dominica sc. Cantate, non tam morbi cujusdam acerbis  
diuturnitate, quam Senii sui ad ultimum ferme  
cyclum David: producti gravitate, ordine  
retrogado ad æternum Vrbis æternæ  
Jubilate ex hac miseriatur  
valle evocati,

Subsequenti vero octavo Iduum Maji ad Div. Georg. honorifice  
Exequiis solennioribus contumulati,  
paucis deliniare conabatur

DOMVS THOMASIANÆ

Servus humillimus,  
cliens subje~~c~~issimus  
HENRICVS REICHELIVS.

THORVNII

Impressit Joh. Nicolai NOBIL, SENAT, & GYMN. Typographus.

# HORA RVIT!

puta,  
**CANDIDE LECTOR,**  
Vitæ brevissimæ,  
tacite, propere, repente;  
adest vero contra  
mortis certissimæ  
improvisa, non sperata, sed parata.

# HORA RVIT!

## VITA FLVIT!

querulo strepitu,  
celeri cursu,  
præcipite lapsu.

# HORA RVIT!

## VITA FLVIT!

### MORSque NVIT!

cui,  
nolis, velis, pareas,  
nutui obedias,  
& mandantem audias.

O horam Vitæ ruentem!

O Vitam per horas fluentem!

O mortem denique singulis vitæ horis mortalibus nuentem!

Hinc vita mortalium est miserrima,

adeo,

ut piorum etiam non

## V I T A

**V**ulatus **I**nter **T**ormenta **A**nxius  
dici mereatur,  
cum  
diu vivere, sit diu torqveri,  
imo secundum Euripid:  
ἀληθῶς & βέτος, ἀλλὰ συμφορᾶ:

i. e.

*Vita minus verum crux miseranda magis.*

## M O R S

vero illorum

**M**alorum **O**mniū **R**emedium **S**alutare,  
dum, juxta Athanasium,  
per mortem fiunt immortales,  
imo moriendo  
solidam filiorum Dei conseqvuntur libertatem,  
aut, teste Paulo,  
Ἅγιοι πολίτευμα, Ἅγιοι ἐν λοις ἄρχοντες :

i. e.

*In cœlis Civis jus sine fine tenent.  
Impiorum contra*

**VITA**

## V I T A

nihil aliud, quam  
**Vana In Terris Ambitio,**  
dum  
vanis semper ac ruituris tantum inhiant bonis,  
quæ,  
dum { quæruntur, fatigant :  
acqviruntur, infatuant :  
amittuntur, excruciant.  
neglectis interim veris ac æternis.

## M O R S

autem

**Misera Omnia Rerum Separatio,**  
seu, juxta mentem Philosophi Secundi  
Resolutio  
qua nexu etiam alias vel arctissimo conjuncta,  
Anima nimurum & Corpus  
separantur ac resolvuntur,  
addo, quod

## M O R S

horum secunda

**Malorum Omnia Reservatio Sempiterna,**  
prouti

## M O R S

illorum prima

*Αποδημία ἐκ ταύτης τῆς ζωῆς εἰς μελλόσην,*  
seu

**Melioris Omnimoda Reservatio Salutis.**

Lector Benevole,  
quid circa hæc omnia de Defuncto nostro  
Pleniss. Tit.

DN. PRO-CONSULE

## GERHARDO THOMAS.

fit sentiendum,  
facile & tibi, & cuilibet colligere licebit,  
quippe cui non minus,

HORA RVENTE,

ex voto contigit

Salus ista felix,

cumque eadem visio Dei multò felicior,  
imo, felicissima,

quam,

didente Megandro nostro Luthero, vivens  
fide hîc incepit

spe postea perduravit,

Mortuus vero revelatione tandem nunc totam habet,

nunquam non antea memor { horæ ruentis,  
vitæ fluentis,  
mortis nuentis.

nec

nec non satis edoctus;  
vitæ vanitatem ampliorem, quam utilitatem:  
probeque gnarus,  
dum se verteret respiceretque, immortalitatem adesse;  
qvæ { si bona, nihil ea melius,  
{ si mala, nihil ea peius.  
vivit namque, quasi hodie moriturus,  
HORAque RUENTE,  
ita mortuus, qvafsi (& quid inquam, quasi?) imo  
potius vere æternūm victurus.

Cumque  
RVERET HORA,  
FLVERET VITA,  
NVERET MORS,  
fide tamen corroboratus verâ,  
vera non corruit vita;  
stetit, ut Heros nobilissimus,  
pugnavit, ut Miles fortissimus,  
vicit, ut Triumphator gloriosissimus,  
factus insuper immortalis  
Sed potius { Nominis incluti fama,  
& { Meritorum multorum memoria,  
& { Virtutum singularium gloria,  
quam,  
ut illæsam apud Cives semper habuit,  
sic illibatam quoque ad cœlites detulit,  
nulli idcirco Antecessorum suorum  
fama,  
aut felicitate,  
gloria  
inferior:  
dumque summa semper laude vixit,  
non minore pariter honore,  
HORA RVENTE,  
est mortuus,  
nihil in posterum  
ebrietate nunc quadam sobria in cœlis perfusus,  
moraturus Epiphonema hocce tritissimum:  
**HORA RVIT!**



4106